



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Irregularitas ex homicidio facto ad sui defensionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

*Irregularitas ex homicidio facto ad sui defensionem.*

93. Occideris alium ad vitæ suæ defensionem non exce-  
dendo notabiliter moderamen inculpatæ tutelæ, non incur-  
rit irregularitatem; quia hujusmodi actione non censetur inju-  
sta, etiamsi dederit causam invasionis. Sicut autem licitum  
est tueri vitam cum morte invasoris, ita etiam licitum est  
meri membrum, seu partem vitæ; præsertim quando ex hu-  
jusmodi percussione, vel mutilatione membra sequi potest  
missio vitæ. *Ibid. punct. 6. n. 3. &c. 4.*

94. Qui occidit judicem injustè sibi parantem mortem,  
non est irregularis. Idem dic de capto ab hostibus volenti-  
bus ipsum interficere, si enim occidendo cuitodem vel a-  
lium, quando aliter evadere non potest, non sit irregularis: si-  
c ut nec qui fure domi invento clamavit ad vitam, vel ad  
res suas defendendas, cape, tape; secus dicendum si clamavit,  
occide, occide, &c. *Ibid. n. 5 &c. seq.*

95. Qui aliud occidit ut se defendat à gravi deformitate  
vultus, aut qui tradit alteri arma, ut se defendat, sed alter oc-  
cidit invasorem, non est irregularis. *Ibid. n. 8 &c. 9.*

96. Occidens alium ad defensionem sui honoris re-  
rumque suarum, non sit irregularis, servato moderamine  
inculpatae tutelæ. Idem dicendum de occidente invasorem  
proximi cum moderamine; & hoc petiori ratione sequi-  
tur si occidat alium defendendo proximum quem tenetur  
defendere, ut defendendo Principem, vel aliam personam  
publicam, vel patrem, &c. Adde illum non esse irregularēm,  
qui tradit arma alicui invaso ad se defendendum, & invasor  
occiditur ab invaso cum moderamine inculpatæ tutelæ.  
*Ibid. num. 10.*

*Irregularitas ex homicidio casuali.*

97. Homicidium omnino casuale quod non est volitum  
in se, nec in causa, non inducit irregularitatem, cum non sit  
percamino, aut voluntarium. *Ibid. punct. 7. n. 2.*

Hinc sit ut homicidium commissum ab amente, vel fu-  
rito, non habente tunc temporis lucida intervalla, vel ab  
ebrio, vel dormiente, qui non prævidit illud fecuturum, non  
inducat irregularitatem; sicut nec si commissum sit ab in-  
fanterionis usa caiente. *Ibid. n. 3. &c. seq.*

98. Ho-